

ut pietate lederet. magister ipse pietatis nescit
unitas ordinem. gradum nescit equalitas; nec cadit
in diuinitatem. ut per contumaciam sit locutus. Re-
fert itaque aduertere. quo loci hec dominus disputauerit.
Frequentem enim oracula ex locorum in quibus diuersa est.
qualitatis aestimamus. Ieiunaturus. a spiritu sicut le-
gimus ducitur in desertum. ut euacuetur diaboli
temptamenta. Nam et si in abundantia copiarum
continenter uixisse laudandum est. tamen in diui-
tiis et amoenitatibus frequentior temptationibus
inlecebra est. Denique temptator ut temptet. co-
pias pollicetur. et dominus ut uincat. famem nutrit. Nec
ego diffiteor esse posse in diuitiis continentiam.
Sed et qui mare nauigat frequenter euadit. ^{magis} maxi-
mum tamen obnoxius est periculis. quam qui nauigare
noluerit. Videam cetera. Promissurus regnum
celorum. montem ascendit. Alibi ipsa ducit dis-
cipulos. seminaturus in eorum affectibus. celestium
segetem preceptorum. ut messis animorum fecunda
flauesceret. Consumaturus susceptum carnis officium.
cum perfectionem in discipulis iam uideret. quos uer-